homines vagos et extraneos in domos suas suscipiant, neve illis
mansiones et celaria conducant, ibi enim fures aliique scelesti
homines latibula quaerere indeque furta praedas homicidia aliasque
insolentias agere solent. Insuper pistores Braxatores aliosque
artifices et Macellarios omnes sedulo admoneant, ut res ho-
minibus nobiscum et ad nos venientibus necessarias in tempore
praeparent, earumque habeant quam fieri potest maximam copiam
tum et iusto pretio omnia vendant. Postremo serio Fid. Vris
iniungimus et mandamus, ut fimum lutum aliasque sordes in tem-
pore curent, itque non tantum ex foro sed etiam ex omnibus pla-
teis, ut ad civitatem melius quam antea fieri solebat munda-
tam veniamus. Haec et alia omnia ad bonum ordinem pro nro
nostrorumque adventu necessaria communicato in omnibus cum eodem
Martino Dobrosowskij consilio peragant et perficiant neque
secus faciant pro gratia et sub gravi indignatione nra.

Littera occlusa

Sigismundus etc.

Generose Fid. nobis dilecte. Mittimus Warssowiam ad prae-
parandum ea quae ad adventum nrum sunt necessaria tum et ad con-
signandum hospitia Generosum Martinum Dobrosowskij Burgrabium
Castri Crac. Zupparium Ilkussiensem Secretarium nrum Cancellariae.
Tuam hortamur, eidemque serio mandamus, ut si is qua in re
opera Fid. T. opus habuerit et non desit ut communicato cum
eo consilio arcem Cubicula nra et stubas tam pro servitoribus
quam pro Nuntiis Ternis reparet, praeparet omniaque fieri et
parari sedulo curet et quaecunque ille curanda et paranda exi-
stimaverit. Neque secus faciat si gratiam nram charam habet.

Tutoria

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quod cum intellexissemus Famatum olim Gregorium Jakubowicz
Armenum Civem Leopolien. in Terris Turcarum Imperatoris sub-
iectis nullo testamento nullaque bonorum suorum ordinatione facta vi-
tam cum morte commutasse liberosque minorennes filias post se
reliquisse facien. nobis esse existimavimus ut pro nro Regio mu-
nere quod nobis in pupillorum patrociniis competit eisdem filiabus
bonisque omnibus ad eas pertinentibus tutores idoneos daremus.
Cum itaque nobis esset expositum ad eam tutellam iure divino et
naturali Famatos Toroszium Iwaskonem et Christophorum
Jakubowicze defuncti fratres germanos pupillarum vero prae-
dictarum patruos vocari ideo eosdem in tutores naturalesque
tutores eisdem pupillis assignamus et declaramus eis-
demque plenam et omnimodam facultatem damus tam bona
omnia mobilia et immobilia quam personas praedictarum pupillarum
in curam administrationemque suam recipiendi eaque in usus pupillar.

tractaū Census et utilitates omnes ex bonis earum venientes
percipien ipsas pupillas ad annos usq ultimae aetatis educandi, et
tandem honeste elocandi. Ita tamen ut posteaquam eaedem pu-
pillae ad annos aetatis suae pervenerint, maritisq elocatae fuerint
eis de omnibus bonis bonorumq emolumentis rationem sufficientem
reddere teneantur iure contra quoscunque salvo si qui tpre eis-
dem Turosiz Iwaskone et Christophero reperti fuerint propin-
quiores. In cuius rei etc.

Mandatum ad senior Armenos

Sigismundus etc.

Honoratis Advocato et Senioribus Armenis Civitatis nrae Leo-
polien Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam. Honorati Fid. nobis
dilecti. Intelleximus quasdam domesticas differentias intercedere
uxori relictae Famati olim Gregorij Jakubowicz cum filiabus ipsius
ex eodem Gregorio procreatis in quibus si alterutra partium ope Fid.
vrarum indigerit. Mandamus eisdem ut de illis inter easdem
partes vel amice componant vel Iudicium de plano tanquam in
causa pupillari exerceant atq administrent illudq diligenter
provideant ne partes praefatae aliquis utrinq expensis et pupil-
lae sumptibus non necessarijs et litium anfractibus onerentur.
Facturi Fid. Vrae rem officio suo convenientem et gratia nostra
dignam. Datum etc.

Mandatum ad Ius utrunq Crac.

Sigismundus etc.

Spectabilibus et Honoratis Advocatis et Scabinis tam Iur
Supmi Maideburg. Castri nri Crac. quam Iudicij inferioris Civita-
tis nrae Crac. Fid. nobis dilectis gratiam nram Regiam. Splēs et
Honorati Fid. nobis dilecti. Intelleximus inter Fid. vras quas-
dam dissensiones propter innovationem processuum appellationum anti-
quitus in illa Civitate observat. esse exortas, ita ut utrinq ple-
biscita quaedam de quibus hnēs litigantes conquerunter intercces-
serint. Quoniam autem propter nram Crac. absentiam complanan-
disce differentijs vacare non possumus ea vero res si ita diutius
duraverit non exiguam hominibus litigantibus difficultatem
allatura esse videtur. Ideo Fid. Vris seriis mandamus ut in
utroq Iudicio tam inferiori quam Iuris supremi in admitten.
et remitten. protestis et appellationibus idem mos et processus
servetur qui hucusq ante istas Fid. Vrarum novas ordinationes
servatus fuit donec de eisdem Fid. Vrarum ordinationibus Iu-
dicium fecerimus si aliqua partium ex Fid. Vris de altera quid
conqueratur habuerit id praemissa ultima citatione iudicialiter faciat
nos vero de omnibus Fid. Vrarum differentijs quod iuris et iusti-
tiae ratio postulaverit statuemus et decernemus. Pro gratia